



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijis, 1609**

Vers. Nisi in eis etiam casus præsentibus litteris expressi  
comprehendantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

# Pontifici reseruatis.

## Pars Tertia.

449

S V M M A.

scilicet aut verbis, aut litteris, aut alia quacunque scriptura, ob verba illa Verbo, litteris, aut alia quæ cunque scriptura.

Vnde locum habet, ut non absoluantur prædicti per priuilegia, vel generatim, vel speciatim concedantur.

Generatim, exempli gratia, si dicatur. Concedimus licentiam, ut possint absolui ab excommunicationibus, & censuris reseruatis Romano Pontifici, qui cooptantur in Societatem Sanctissimi Corporis Christi. Speciatim, si concedatur eadem licentia, exempli gratia absolendi a censuris Bullæ Cœnæ Domini, & hoc ob verba illa, In genere, vel in specie.

Postremo locum habet, ut non absoluantur prædicti per priuilegia, vel sint innouata, vel nunc recenter concessa, ob verba illa Concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum. In omnibus igitur his casibus priuilegia non prosunt. Sed iam casus, in quib. prosint, & per quæ priuilegia facultas hæc detur, contemplemur, id quod in sequenti versiculo præstabimus.

Vers. Nisi in eis etiam casus præsentibus litteris expressi comprehendantur.

- 1 Absoluere a censuris Bullæ huius potest, qui priuilegium habet absoluendi continens in individuo casus ipsius Bullæ.
- 2 Absoluendi facultate data ab omnibus censuris etiam Romano Pontifici reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, absolutio tribui nihil magis poterit censurarum, quæ in Bulla habentur.
- 3 Absoluendi facultate data in individuo in casu aliquo Bullæ Cœnæ Domini, in aliis autem generatim, an absolutio tribui possit a casibus generatim expressis.
- 4 Absolutio tribui potest a casibus Bullæ Cœnæ Domini, ubi generatim absoluendi facultas tributa est, modo derogatione clausulæ prohibenti absolutionem, nisi in individuo facultas tributa sit, ex quo modo ipsi derogetur.

**H**ic explicatur, quibus priuilegiis inferior Romano Pontifice facultatem absoluendi ab his casibus habeat, & sunt ea quibus casus huius Bullæ comprehenduntur, id est ubi in concessione absolutionis in individuo facultas datur absoluendi a casibus, qui in Bulla sunt, exempli gratia, ubi dicitur, Concedimus licentiam absoluendi ab excommunicatione, in quam quis aut ob heresim incurrit, aut ob armorum delationem ad Christiani nominis hostes. Ex quo habemus alium casum, ubi quis a censuris huius

Ff Bullæ



Bullæ absoluere potest.

Et hic ergo regulam de more ponamus.

Absoluere igitur inferior Romano Pontifice ab his censuris potest, qui priuilegium habet absoluendi ab his censuris continens casus ipsius Bullæ eo modo, quo exemplis proximè declarauimus, ut habetur in versic. In indiuiduo, ergo expressi casus hi in cōcessione esse debent, nam Bulla vult, ut casus hi comprehendantur in priuilegio, ac casus hmoi in indiuiduo sunt, ut per se patet, ergo in indiuiduo exprimi debent. Quare si facultas simpliciter absoluendi ab omnibus censuris concedatur, de reseruatis in Bulla non intelligetur concessa, nam in hac cōcessione casus Bullæ in indiuiduo non continentur, ut per se patet, & facit ea. pen. §. fin. de pénit. lib. 6.

Hac igitur facultate absoluere poterit a Centuris omnibus, sed non reseruatis Romano Pontifici.

Si itidem† facultas concedatur absoluendi ab omnibus censuris etiam Romano Pontifici reseruatis, neque hic a censuris Bullæ quis absolvetur, tum quod casus Bullæ non continentur in hac concessione in indiuiduo, quod requiritur, ut habetur in versic. proposito, tum quod vbi speciatim exprimi quid debet, non sat est generalis, & quæcunque expressio, ut dixit Glo. in capitū. inquisito-

res in verb. expresse. de hæret. li. 6. quam sequitur ibi Gemin. & Philipp. Franc. idem inquiunt cit. auores in c. perichlosum. de sen. ex eom. eod. lib.

Non demum, si concedatur facultas absoluendi a censuris, seu reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, nam non in indiuiduo, sed generatim, & uniuerso expressi sunt.

Verum, quid† si casus unus exprimitur in indiuiduo, reliqui ve-  
to generatim, & uniuerso, ut ex.g. concedimus licentiam absoluendi ab excommunicatione, in quam quis inedit, ob violatam Ecclesiasticam libertatem, exigendo ve-  
gialia a personis Ecclesiasticis,  
& a reliquis etiam excommunicationibus, quæ sunt in Bulla Cœnæ Domini.

Ego censeo neque in hoc casu a censuris generatim expressis absoluui quem posse, nā sicut vbi nullus casus expressus est, absoluui nequit, ita & vbi aliquis tantum, a reliquis, qui non sunt expressi, absoluui non valebit, valet enim argumentum de toto ad partem. ar.  
h. que de tota. ft. de rei vin.

Nec repugnat ca. qui ad agendum. §. fi. de procu. li. 6. vbi expreso vno casu ex iis, qui speciale mā datum requirunt, omnes alii concessi intelliguntur, nam pro forma hic datum est, ut casus expressi in indiuiduo sint, vbi vero secus, nisi ergo in concessione casus Bullæ exprimatur, absoluui ab ipsis quis non

non poterit, vel nisi concedatur  
absolutio a grauiore, vt supra dixi  
mus de absolutione ab heresi.

4. Excipitur tamen ubi illi clau-  
sulae Romanus Pontifex deroga-  
ret, quod duobus modis fieri po-  
test, primo, ubi vel directe in con-  
cessione se velle casus praeditos  
pro expresse contentis, & expre-  
sis, ac si ad verbum inserti essent.  
Vel ubi diceret, Non obstantibus  
quibuscumque, etiam si essent ta-  
lia, quorum mentio facienda es-  
set de uerbo ad verbum, quorum  
tenores volumus haberi pro ex-  
pressis, nam per hanc clausulam  
collitur necessitas illa tenorem co-  
trariorum inferendi, ut id pluri-  
bus probauit Nauarr. in capitu. si  
quando, excep. i. num. i. de rescri.  
& Viuald. in sua Sylvest. opinion.  
95. & Couat. in Rubr. de testamé.  
par. 2. num. 20. quod seruauit au-  
tor huius Bullæ in Bulla Iubilei  
publicata anno 1594 tertio Non.  
Decembris Porti. sui anno tertio,  
nam dans licentiam absoluendi  
ab omnibus censuris, etiam in li-  
teris Cenæ Domini contentis sic  
inquit; Quarum tenores praesenti-  
bus haberi volumus pro plenè, &  
sufficienter expressis, ac si ad uer-  
bum insererentur. Et ex hoc habe-  
mus alium casum, in quo quis ab-  
solueret poteſt, ybi ſcilicet ei clau-  
ſulae modis praeditis derogatum  
eft.

Secundo derogatur huic clau-  
ſulae, id que omnino, ubi illam tol-  
leret, vel auctor huius Bullæ, vel

eius successor, id enim potest, ex  
quo antecessor successori legem  
dicere non potest, a qua diſcede-  
re non licet, c. innotuit. de elect.  
Sed de hoc capite fatis, ad aliud  
ueniamus.

*De paenitentialium excommunicator  
per hanc Bullam sine licentia.*

*Cap. III.*

Quod si forte aliqui contra  
tenorem praesentium tali  
bus excommunicatione,  
& anathemate laqueat-  
is, vel eorum alicui ab-  
solutionis beneficium im-  
pendere de facto præ-  
sumperint, eos excom-  
municationis sententia  
innodamus, grauius con-  
tra eos spiritualiter, &  
temporaliter, prout ex-  
pedire nouerimus proces-  
furi.

*S V M M A.*

1. *Absoluens sine licentia excommunica-  
tos per hanc Bullam in excommunica-  
tionem incidit, que excommunicatio  
quousque pateat, declaratur.*
2. *Absoluens una absolutione plures fine-*

*F f a lcen-*